

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Nürnberg], 1. Okt. 1482**

Prologus

[urn:nbn:de:bsz:31-306723](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306723)

## Prologus

Incipit prologus in legendas sanctorum quas collegit in vnum frater Jacobus ianuensis de ordine predicatorum.

*Incipit Prologus in legendis ad  
S. Hieronymi Evangelium*

## Diuersus tempus presentis vite in quatuor

distinguitur. scilicet in tempore denotationis. renouationis siue reuocacionis. reconciliacionis et peregrinationis. Tempus denotacionis fuit ab adam postquam a deo deuotus et durauit usque ad moysen: et istud tempus representat ecclesia a septuagesima usque ad pascha. unde tunc legitur genesis liber. scilicet in quo ponitur denotacio primorum patrum. Tempus renouationis siue reuocacionis incipit a moysen. et durauit usque ad natiuitatem christi in quo homines per prophetas ad fidei reuocacionem sunt et renouati. Et istud tempus representat ecclesia. ab aduentu domini usque ad natiuitatem christi. unde tunc legitur ysaias ubi de hac reuocacione apte agit.

Tempus reconciliacionis est tempus in quo per christum sumus reconciliati. Et istud tempus representat ecclesia a pascha usque ad penthecosten. unde et tunc legitur apocalipsis. ubi plene agitur de misterio huius reconciliacionis. Tempus peregrinationis est tempus presentis vite. in quo peregrinamur et in pugna semper sumus. Et illud tempus representat ecclesia ab octaua penthecostes usque ad aduentum domini. Unde tunc leguntur libri regum et machabeorum. in quibus de multiplici pugna agit per quam nostra pugna spiritualis signatur. Tempus autem illud quod est a natali domini usque ad septuagesimam. partim continet sub tempore reconciliacionis quod est tempus leticie. scilicet a natali usque ad octauam epyphanie. partim sub tempore peregrinationis. scilicet ab octaua epyphanie usque ad septuagesimam. Et potest accipi hec quadruplex temporum variatio. Primo penes quatuor temporum distinctiones. ut hieronymus refert ad primum. scilicet ad secundum. tertium. et ad quartum.

## FO.I.

Et ratio appropriacionis satis patet. Secundo penes quatuor partes diei ut nox refertur ad primum. mane ad secundum. meridies ad tertium. uespera ad quartum. Licet autem primum fuerit denotacio que renouatio tamen ecclesia omnia officia sua potius incipit in tempore renouacionis que denotacionis. id est in aduentu potius que in septuagesima. Et hoc duplici ratione. Primo ne videatur incipere ab errore: tenet enim ratio et non sequitur ordinem temporis. sicut et euangeliste sepius faciunt. Secundo quoniam per aduentum christi omnia renouata sunt. propter quod tempus istud dicitur tempus renouacionis. apocalipsis. xxj. Ecce ego noua facio omnia. Congruenter igitur in hoc tempore renouacionis ecclesia omnia officia sua renouat. Ut igitur hic ordo temporis ab ecclesia distinctus seruetur. Primo agemus de festiuitatibus que occurrunt infra tempus renouacionis. quod tempus representat ecclesia ab aduentu usque ad natiuitatem domini. Secundo de illis que occurrunt infra tempus quod partim continet sub tempore reconciliacionis. partim sub tempore peregrinationis. quod tempus representat ecclesia a natiuitate usque ad septuagesimam. Tertio de illis que occurrunt infra tempus denotacionis. quod tempus representat ecclesia a septuagesima usque ad pascha. Quarto de illis que occurrunt infra tempus reconciliacionis. quod tempus representat ecclesia a pascha usque ad octauam penthecostes. Quinto de illis que occurrunt infra tempus peregrinationis. quod tempus representat ecclesia ab octaua penthecostes usque ad aduentum domini. Explicit prologus.

Incipit legenda sanctorum que longbardica nominatur hystoria. Et primo de aduentu domini.

## Aduentus domini

per quatuor septimanas agit. ad significandum quod est quadruplex aduentus. scilicet in carne. in mente. in morte. et ad iudicium. Ultima autem septimana vix finit. quia sanctorum gloria que dabitur in ultimo aduentu. nunquam terminabitur. Hinc est etiam quod primum responsorium prime domice aduentus. computato gloria patri quatuor versus continet. ut predictos quatuor aduentus designet. Quis autem aut cui magis conueniat. prudens lector attendat. Licet autem quadruplex sit aduentus. tamen ecclesia specialiter de duplici. scilicet in carne et ad iudicium videtur memoriam facere. sicut in officio ipsius temporis patet. Hinc est etiam quod ieiunium aduentus partim est exultacionis. et partim meroris. Nam ratio aduentus in carnem dicitur ieiunium exultacionis. ratione aduentus ad iudicium dicitur ieiunium meroris. Et ad hoc innuendum ecclesia cantat tunc quedam cantica leticie. et hoc propter aduentum misericordie et exultacionis. quedam vero